

inutiles atque superfluas a Monte Pozoli [a] usque stratam; et hoc auxilio civium forensium et hominum de Mutiliana fecerant [b]. Supervenerant namque Bononiensium ambaxiatores, instantes assidue et nos obnixè rogantes, ut Bononiensibus amicis carissimis, omni mora postposita, succursum præbere deberemus, operi incepto finem imponentes; quia Mutinenses, Parmenses et Cremonenses [c] Pontem.... et centum milites Placentini, et quidam milites [d] Papienses Bononiensium intraverant districtum, apud Bazanum, et Scotenam fluvium de antiquo alveo extrahentes, in terrenum Bononiensium per curtem Plumacii [e] atque Sanctæ Agathæ labi fecerant. Faventini vero tantis amicis volentes succurrere, die xviii. mensis Maii amicis prædictis [f], armata manu tam militum quam peditum, præter centum milites qui ad civitatem tenendam remanserant, die noctuque properantes, ad ipsos devenerunt, curis postpositis omnibus. Quod autem fecere Bononienses, nequaquam prætereundum est, immo omni memoria et laude dignum; emerunt enim prata Casaraltolæ [g], ut in equorum [h] et animalium Faventinorum victum [i] existerent. Quo Mutinenses, Parmenses, Cremonenses et alii [j] de Faventinorum adventu audito, recesserunt velociter, et ad locum ubi hostes viderant [k] gradu properare curarunt [l] velocissimo, campo vacuo remanente. Illico Faventini milites, una cum Bononiensibus militibus et cum quibusdam peditibus, civitatem Mutinæ a parte superiori prætergredientes per castellum vetus [m] ad duo miliaria prope civitatem, relicto Faventinorum populo ad castrorum custodiam, usque Siclam [n] fluvium, omnia comburendo, perpatravere hostiliter [o]. Sequenti vero die, Bononienses [p] de alveo ab inimicis noviter facto in viterem [q], Scotenam fluvium reduxerunt. Servierunt tunc Faventini Bononiensibus amicis carissimis, per quindecim dies fidelissime et devote; et sic cum gloria remearunt.

De prælio apud Roncatellum commissio.

CAP. CCV.

Post gloriosum Virginis partum mcccxxv die ii Junii [a] rite paratis omnibus, [s] obsederunt civitatem Forolivii, ad quorum servitium duo ex quarteriis Bononiensium [t], tam militum quam peditum, libenter accesserunt [u]; homines de Duza

[a] a Monte Pozoli, C. A.; a Monte Pozoli, C. V. — [b] de Mutiliana fecerant, C. V.; de Mutiliana fecerunt, C. A. — [c] Parmenses et Cremonenses. Sic C. A. In C. V. deest et. — [d] et quidam milites, C. A.; et quosdam milites, C. V. — [e] per curtem Plumacii. Sic lego. In C. V., per curtem Plumati. — [f] amicis prædictis. Sic Codd. A. et V. — [g] Casaraltolæ. Sic Codd. A. et V. — [h] ut in equorum. Sic C. V.; ubi in equorum, C. A. — [i] Faventinorum victum. Sic lego. Codd. A. et V. habent: Faventinorum in victu. — [j] Parmenses, Cremonenses, et alii. Sic C. A.; Parmenses et alii, C. V. — [k] hostes viderant, C. V.; hostes viderunt, C. A. — [l] properare curarunt. Subintellige: Faventini et Bononienses. — [m] per castellum vetus. Cod. V. habet: Castellum vetere; C. A., castrum veterem. — [n] usque Siclam, C. A. — [o] perpatravere hostiliter. Sic ambo codd. Alibi jam monimus legendum forte esse: pertractavere. — [p] die Bononienses. Sic C. A. In C. V. deest, Bononienses. — [q] in veterem. Sic lego. In C. V., in veteri Scotenam; C. A., in veteri Scotena. — [r] mcccxxv die ii iunii. Sic C. A.; et sic legendum. In C. V. error irrepsit; habet enim mendose, die xi: qui error habetur etiam in versione Ital. Gr. Zucculi. — [s] rite paratis omnibus, C. V.; Faventini homines, C. A. — [t] duo ex quarteriis Bononiensium, C. A.; uno ex quarteriis Bononiensibus, C. V. — [u] libenter accesserunt. Sic lego. C. V., libenter accedunt.

Lu

Lu

Maii 18. prædictis manu armata

in victu (Cremonenses fylla)

a perpatravere (fylla Bononienses de alveo)

In 2

recedunt 222. (Suzza)

*70
fylla
quosdam
Plumati
100*

*castellum
vetus
Si
Siclam
veterem*

*Virginis
obsederunt
Forolivii*